

- magna certaque posita in te videant vite sue presidia et sua cum spe<sup>(a)</sup> aucta promotionum. tibi vero, ut nec recusandus erat hic honor oblatus, ita nec optandus forsitan, cum abesset. etsi enim certum est summum pontificem, qui huiusce rei potestatem
- 5 solus habet, sola opinione virtutis tue ac nulla preterea re alia adductum, te in hunc ordinem ascivisse, id ipsum tamen magis ad suam quam ad tuam laudem pertinere videtur. illi enim accessit meritum, qui benemerentem evexit, non tibi, qui id antea merebaris. de ceteris autem vide quantum tua sors brevi immutata est:
- 10 primum enim qui eras in genere vite scholastica et studio tradendi iuris omnium supremus, nunc multis eris inferioribus tibi inferior; quorum alios tibi prefert ordo loci, alios fortasse favor principantis; mutataque sorte, cum antea in auditorio unum<sup>(b)</sup> virum te omnes intuerentur, nunc in palatio in unum alium te cum ceteris intendere
- 15 oportebit. deinde, cum sine ullis exterioribus ornamentis solo splendore nominis et opinione virtutis latissime noscereris, nunc sub insignibus dignitatis latebis, que multos aliquando indignissimos in ea<sup>(c)</sup> constitutos ornaverunt, si modo dignitas est que pervenit<sup>(d)</sup> ad indignos, aut ornamenta dici merentur que indignitatem eius in
- 20 quo sunt cognosci faciunt. nec te latet quanta in salutationibus sive admittendis sive inferendis sit temporis iactura, qua studiosis nulla est gravior, ut alterum sine nota infamie, alterum sine metu offensionis vitare non possis. adde quod nunc vere incipis egere<sup>(e)</sup>, cum ceteris videris ditior factus; edax est enim hic honor, et multis
- 25 ac variis rebus indiget, non modo ut saturari, sed ut ali tantum possit. nam, cum antea<sup>(e)</sup> libros, frugalem utique familiam, et eum, qui te decebat, statum modeste ac decenter nutries, nunc fa-

ne, ciò conviene più agli amici, i quali ora nutriranno buone speranze per sé, che non allo Zabarella stesso.

Chè se il papa fu indotto a crearlo cardinale solo per la di lui virtù, egli, e non già il promosso, n'avrà la maggior lode.

Consideri però l'amico quanto sia ormai mutata la sua buona sorte.

Per l'innanzi fu egli sommo fra tutti gli interpreti del diritto; ora in quella vece sarà inferiore, vuoi per anzianità, vuoi in favore, a molti a lui inferiori, e sarà, lui, tra gli ascoltatori, e non più l'ascoltato.

Aggiungasi che, a differenza del passato, egli, che fu a tutti noto per la sua virtù in condizione privata, ora sarà oscurato dalle insegne d'una dignità comunemente rivestita da molti indegni.

Dovrà poi, lui studioso, perder tempo preziosissimo nel far e ricevere visite,

e far prova altresì di vera povertà, poichè non più vivrà decorosamente tra i libri con piccola spesa e con poca servitù, ma gli farà bisogno mantener assai famigli, cavalli, mas-

(a) BPG Ra spes (b) BP auditorio cum unum G adiutorio cum unum (c) G om. ea  
(d) BG provenit corr. da seconda mano in B in pervenit (e) Dopo antea comincia in B<sup>3</sup> alla sommità di c. 81, la parte seguente dell'epistola.

(1) Annota il FINKE (*Acta Concilii Constanciensis*, Münster i. W., vol. I (1896), p. 262, che il giorno stesso della nomina dello Zabarella a vescovo di Firenze, Giovanni XXIII gli diede facoltà di ritenere tutti i suoi benefici nelle diocesi di Padova e di Firenze, onde au-

mentare le entrate, allora assai ridotte, del vescovato; lo Zabarella dovette pigliarle, il 25 settembre 1410, per soddisfare al suo debito verso la camera Apostolica. Al neo-cardinale fu poi concessa la commenda dell'abbazia di S. Martino della Belligna (Aquila).